



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtutes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 19. Circa externæ Fidei confessionis obligationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

DVBIVM L.

An si fidei mysteria proponantur infidelibus magis credibilia, tamen non credibilia eisdem teneatur eis ante articulum essam mortis assentiri?

¹⁸⁵ **T**enetur etiam extra mortis articulum. Quia in medio necessario ad salutem securiorem viam quis debet amplecti, ne se periculo errandi exponat. Et licet cuilibet liceat sequi opinionem probabilem, probabiliore relicta: hoc tamen non est intelligendum de opinione probabili facti, sed iuris: ut contingit, cum à longe hominem vides, quem probabiliter existimas esse feram: licet enim quod probabile sit hominem esse, & feram esse: non tamen est probabile, te posse ad illum sagittam immittere; quia prior probabilitas est facti, non iuris. Ita in nostro casu, et si probabile sit, illam sectam bonam esse, quia tamen probabilius est, fidem illi propositam esse meliorem, probabile non est, eum posse ei sectæ adherere, & fidem respicere. Sic Bannes 2.2. q. 10. a. 1. dub. 3. concl. 3. & 4. Ledesm. 2. tom. sum. tract. 1. cap. 1. concl. 3. & 6.

¹⁸⁶ Extra mortis articulum non tenetur. Quia restat tempus rem amplius examinandi. In articulo autem mortis debet quis suæ salutis providere meliori, ac securiori via, qua possit. Quia non superest tempus, rem diligentius examinandi, neque errorem, si forte contingat corrigendi. Ita Sanchez 1.2. Decal. cap. 1. n. 6.

¹⁸⁷ Mihi autem videtur, probabilius esse, nullo tempore inquam tempore illum esse obligatum amplecti fidem propositam intra terminos tantum probabilem, sed necessarium esse, proponi fidem tanquam evidenter credibilem, ut quis teneatur illam amplecti: Et quidem hoc esse necessarium extra articulum mortis, docuit Sanchez ubi supra, & tenere videntur Vasquez, Aragon, Victoria, & Azorius ab ipso relati. Quia fides proposita, solum sub probabilitate, quod sit credibilis, non infert, te obligatum esse credere, sed solum te posse credere. Ad obligationem enim inducendam, necessarium erat, ut cognosceres fidem ita esse creditu dignam, ut nulla ratione contrarius error dignus creditu inveniatur. Quia dum contrarius error dignus creditu inveniatur, non teneris illum deferere: ergo nec fidei assentiri. At hæc ratio æqualiter probat de mortis articulo, ac de reliquo tempore, idemque nullus ex Doctoribus citatis præter Sanchez hanc gessit distinctionem, sed generatim affirmarunt, non teneri infidelem fidei mysteriis assentiri, quovisque de eorum credibilitate convincatur. Et speciatim probat. Quia obligatio colendi Deum fide veritate æqualiter obligat in vita, & in morte. Ergo si Deus non offenditur dum vivit infidelis per repulsam factam de fide sibi tantum probabiliter proposita: neque in morte offenditur. Sic Ioann. Sanchez in select. dub. 19. a numero 4.

Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

DVBIVM LI.

Infans fidelis inter infideles, vel hæreticos enutritus, si post usum rationis adoret idola, vel hæreses contra ius naturæ proferat peccatne contra fidem?

²⁸⁸ **P**rofecto qui inter Catholicos nutritus est, credere tenetur, cum ei fidei mysteria proponuntur ita, ut non habeat instam rationem dubitandi, vera illis proponi. Si autem inter hæreticos sit enutritus, debent ei mysteria fidei sic proponi, ac si infidelis esset alias non tenebitur assentiri. Quia temerè, & imprudenter procederet, si cuilibet prædicanti præberet assensum. Quocirca is neque hæreticus est puniendus, quovisque constet, & probetur, ei fuisse nostræ fidei mysteria insufficienter proposita, & nihilominus repulisse. Castro de iust. hæret. punit. capite octavo, dubio secundo. Simanc. de Cathol. institut. tit. 3. numero septimo. Aragon. 2.2. questione 11. articulo secundo, dubio ultimo. Sanchez libro secundo, Decalogi, capite primo, numero octavo. Quærimus autem, an infans fidelis inter infideles, vel hæreticos enutritus, si post rationis usum adoret idola, aut hæreses contra ius naturæ proferat, peccet contra fidem, & illam amittat?

Peccat, & amittit. Quia ad amittendam fidem non requiritur cognitio illius: si enim quis invincibiliter ignoret, se baptizatum esse, & voluntariè erroribus fidei contrariis assentiretur, fidem amitteret. Quia ille assensus vere est contra fidem, & peccaminosus: ergo si fidelis baptizatus crederet culpabiliter, fornicationem (verbi gratia) esse licitam, vel idola esse adoranda, culpabilem aduersus fidem haberet errorem. Ergo fidem destrueret. Sic Bannes 2.2. questione 10. articulo quinto. Petr. de Ledesm. 1.2. sum. tractat. 1. capite 5. post concl. 10. difficultat. 2.

²⁸⁹ Nec peccat, nec amittit fidem. Quia ignorat illam invincibiliter. Ita Sanchez libro secundo Decalogi capite 1. num. 8. Suar. de fide, d. 15. sect. 2. n. 3. Palao de fide, tract. 4. d. 1. punct. 12. numero 16.

²⁹⁰ Cum his opinor probabilis utique sententia. Imò dato, quod etas ignorantia: & inadvertentia culpabilis sit fidem non amittere defendo. Quia non qualibet ignorantia, & inadvertentia culpabilis fidem excludit, sed requiritur pertinacia. Ex communi sententia loquor.

²⁸⁸ Nonnulla suppono.

²⁸⁹ Peccat, & fidem amittit.

²⁹⁰ Nec peccat, nec amittit fidem.

²⁹¹ Cum his opinor.

CAPVT XIX.

Circa externa Fidei confessionis obligatio-
nem.

D 2 DVBIVM

DVBIUM LII.

An teneatur quisque fidelis Fidem manifestare, quoties à potestate publica (quæcumque illa sit), de fide rogatur etiam si secreto rogetur, vel generalis examinatio fiat?

292
Questionis
statu.

Rogari quis potest à Rege, ac Superiori proprio, vel extraneo. Rogari potest publice, vel secreto Rogari potest generaliter, vel in particulari. Rogari ab homine privato potest. Quæ sit in primis, an quis sit obligatus fidem manifestare, quoties à potestate publica, (quæcumque illa sit), de fide, aut generaliter inter plures, at in particulari ipse solus de Fide interrogetur?

293
Obligatur
quidem.

Obligatur quidem. Quia præceptum Confessionis fidei tunc obligat, cum ex illa, magis Dei, ac fidei honor speratur. At ex confessione facta coram publica potestate siue quis generatim inter plures, siue particulatim interrogetur, ille effectus potest sperari. Ergo tenetur tunc se fidei sectatorem profiteri. Sic D. Thom. 2. 2. quæstion. 3. articuli. 2. Sanchez libro secundo Decalogi capite quarto, numero sexto, alios citans Valentia 2. 2. dub. 1. quæstion. 3. puncti. 2. dubio tertio. Bannes 2. 2. quæstion. 3. articulo 2. dubio 1. conclusi. 3. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæ. 1.

294
Non obligatur.

Non obligatur. Quia neque ratione præcepti Principis tenetur, cum hoc non obliget cum gravi detrimento; neque ex præcepto fidei negatiuum, cum inde non appareat, illum negasse fidem; sed solum occultasse, quod per se est licitum; neque etiam ex præcepto positivum fidei, quod non obligat, cum qualisqualis honor Dei ex confessione accrescit, & ex illius omissione subtrahitur, sed cum gravis, ac magnus est: At ex tali manifestatione præsumi non potest, gravem Dei honorem, & magnam fidei exaltationem esse futuram: imo potius potest præsumi occultatione fidem esse amplius promovendam, & fideles occultos confirmandos: ergo. Ita Suarius de fide, dubio 14. sectione tertia, numero sexto, Tabiena verba. Fides. Palao de fide, tractat. 4. dubio 1. puncti. 14. numero 2.

295
Hos sequor

Hos sequor, & in hoc sensu existimo, aliquos ex primæ sententiæ Doctoribus esse locutos. Itaque potest quis examinari singulariter, vel generaliter cum aliis: ut si diceret Rex, Qui fuerint Catholici, manifestentur. Si singularis examinatio fiat, tenetur plane, siue à Rege proprio, siue ab extraneo, siue à quolibet alio particulari, siue publicè, siue secreto interrogetur. Si autem generaliter cum aliis examinatio fiat, regulariter loquendo, non tenetur ob rationem præfatam se prodere, ac fidem manifestare. Dixi, Regulariter loquendo. Quia aliquando tenetur, scilicet, quando spectatis circumstantiis, merito alij suspicarentur illum fidem deferere: tunc namque obligatus est, fidem manifestare. Nam licet non teneatur semper aliis se fidelem ostendere; tenetur tamen non se positivè ostendere infidelem.

Quando autem hæ circumstantiæ concurrant, prudentis arbitrio est iudicandum. Quod iudicium desumi potest ex casibus, quod Coninch. de fide, disp. 15. dub. 5. à numero 112. recenset.

DVBIUM LIII.

An licitum sit celare fidem verbis, vel signis per se contrariam Religionem significantibus, casu quo non inflet præceptum positivum fidem manifestandi?

Licitum est. Quia huiusmodi simulatio quantum est mendacium, ostendens illis verbis, aut signis vanos Deos esse dignos cultu, cum tamen non sint: sed hoc non ostendit se simulans; non enim ea intentione verba, aut signa illa præstat, sed ob alios fines honestiores: ergo illa simulatio mendacium non est. Certe licitum est tibi uti infidelium indumentis, quasvis ad spectu adstantes decipiuntur, & indicant, te esse infidelem: Igitur deceptio aliorum mendacium in simulatione non constituit. Sic Adrian. in 4. tractat. de Baptismo. quæ. 1. articuli. 1. ad 5. id confirmans exemplo simulationis Iesv Regis Israël 4. Reg. 10. qui volens occidere omnes Baal cultores, dixit, se velle Baal solemni sacrificio venerari: Deus hanc eius simulationem videtur approbasse, cum dicit: Quia studiose egisti, quod rectum erat, & placuit oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, &c. Ergo simulare factis, & verbis contrariam Religionem, licitum aliquando est. Quod videtur D. Hieronym. ad cap. 2. Gal. & Epist. 89. ad Aug. approbare.

Minime est licitum verbis, ac factis uti, quæ spectatis circumstantiis, nullam habent significationem præter falsam Religionis cultum. Quia ex fide non solum obligamur præcepto negatiivo non profitendi falsam Religionem ex animo; sed neque quoad apparentiam profiteri: obligamur enim fidem exterius non negare. At utens illis signis, aut verbis nullam aliam significationem habentibus moraliter præter falsam Religionis cultum, falsam Religionem exterius proficitur: Ergo illud est intrinsecè malum. Neque obstat, illum non intendere illis verbis, aut signis falsam protestari Religionem, sed aliud longe diversum: quia sufficit, quod in re, & in apparentia, factoque ipso intendat. Ita Valentia 2. 2. dubio primo, quæstion. 3. puncto secundo, dubio quarto, Suarius de fide, disp. 14. section. 4. numer. 4. Sanchez libro secundo Decalogi capite quarto, numero 14. Coninch. de fide, disputatione 15. dubio secundo, numero 14. Pelanti. 2. 2. quæstion. 3. articulo secundo, dubio primo, conclusion. secunda, Valqua. 1. 2. dubio 8. capite quinto, Toletus libr. 4. cap. 2. numer. septim.

Ego quidem existimo nullatenus probabilem esse Adriani sententiam sed falsam omnino. Actiones enim significantes falsam Religionem sunt in duplici differentia: alia, quæ

quæ ex se, ex vfu, & confuetudine, aut lege nullam aliam fignificationem habent: alia, quæ illam habent. Prioris generis igniflexio coram idolo, thurificatio, tunfo peccatoris, &c. Alia funt, quæ licet fignificent falſam colere Religionem iis vtentes, etiam ſimul oftendunt, faltem ex ſe ob alium finem aſſumi poſſe: hæc ſunt elus carniſum die prohibito, vſus veſtium, quibus cultores falſæ Religionis com- munitur vtuntur. Adrianus autem non ſolum de his ſecundis actionibus, verum de primis affirmabat, aliquando licere. Porro eius argu- menta nullius roboris ſunt. Concedo enim, to- tam huius ſimulationis malitiam ad menda- cium pernicioſum reduci. Nego tamen excu- ſari poſſe ex intentione proferentis, ſicut in aliis materiis diſtinctis à Religionem excuſatur. Quia ſimulatione in aliis materiis indifferens eſt vt verum, vel falſum ſignificet; quapropter ex proferentis intentione coarctari poteſt, & deter- minari, vt veritatem, quam ipſe mente reti- net ſignificet. Denique ad exemplum Ieſu D. Auguſt. l. contra mendac. capite ſecundo, & ex il- lo D. Thom. 2. 2. quæſtione 111. articulo primo, conſent in illa ſimulatione Regem peccaſſe, neque ob id laudatam fuiſſe à Deo; ſed qua omnes Baal Sacerdotes occidit. Quod indicant illa verba, *quia ſudioſe egreſſi, quod rectum erat, &c.* Non dixit. *quia ſudioſe locutus fuiſti,* ſed *quia ſudioſe egreſſi,* indicans, in ſolo inter- emptionis ſcælo rectè proceſſiſſe, ſecus in ſi- mulata idololatriæ voluntate, quam pro medio aſſumpſit.

DUBIVM LIV.

An licitum aliquando ſit veſtibus, aut ſignis propriis infidelium, vel hereti- corum vti, vt qui Fidem occultat, cum non urgeat præceptum Fidei con- ſtituenda?

²⁹⁹ *Nonnulli præmittunt.* **L**iquor de veſtibus, & ſignis, quæ vel ex vſu, & confuetudine, vel ex lege diſtingunt homines vnus ſectæ ab aliis, (nam de veſti- bus, & ſignis, quæ non diſtingunt Religionem, ſed nationem indubitatum eſt, non eſſe peccatum contra fidem illis vti.) Hæc ergo ſi- gna diſtinguentia homines vnus ſectæ ab aliis ſunt in duplici differentia. Alia primò, & per ſe ad hanc diſtinctionem faciendam ſunt in- ſtituta, quale reputatur Romæ pileus flauus co- loris pro Iudeis: falcia pro Turcis, & Sarra- cenis. Alia ſunt, quæ primo & per ſe ad pro- ficendam falſam Religionem aſſumuntur qua- lia ſunt veſtes, quas Sacerdotes idolorum aſ- ſumunt ad ſacrificium: vel ſi Princeps, ad pro- ficendam falſam ſectam, & cultum falſis diis exhibendum, ſignum aliquod geſtare præci- peret. Quæſierim igitur, licitumne ſit fi- deli, aliquo ex his ſignis vti, ad fidem occul- tandam?

³⁰⁰ *Quæſitum eſt.* Minimè eſt vnquam licitum. Quia geſtans veſtem inſtitutam ad diſcernendum infidelem à Catholico, illius geſtatione proficitur, ſe in- fidelem eſſe. At infidelitatis profeſſio, quæcum- que ſit, eſt intrinſecè mala: ergo minime licet. *Eſcob. & Alendox. Theol. Moral. Tom. VI.*

Sic D. Antonin. p. 2. titul. 12. cap. 6. Philarc. de Offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. Caietan. 2. 2. q. 3. ar. 2. dub. 1. Nauarr. ſumm. cap. 12. nu- mero 27. Toletus libr. 4. cap. 2. num. 7. Sylueſt. v. Apoſtaſia quæſt. 1. verb. Fides, quæſt. 5. num. 8. & verb. Infidelitas, ſine. Angel. Tabien. Ar. mil. ibi.

Licitum aliquando eſt vt veſtibus, ac ſig- nis ad diſcernendum fidelem ab infideli deſti- natis. Quia licet his veſtibus, ac ſignis adion- èta ſit falſæ Religionis ſignificatio; tamen quia per ſe illam non ſignificant, ſed diſtinctionem infidelium à fidelibus, quæ ſignificatio eſt Rei, publicæ maximè utilis: ideo poſſunt, ad hanc ſi- gnificationem præſtandam; aſſumi, omiſſa alia ſignificatione falſæ Religionis. Quemadmo- dum habitus Monachalis non ſolum ad ſigni- ficandum Monachalem deſtinatur ſtatim; ſed etiam ad corporis indumentum; ſi vero quis il- lum aſſumeret, vt ſe occultaret, non ideo dice- retur Monachalem ſtatim profiteri. Ita Ban- nes 2. 2. quæſtione 103. articulo ſecundo, dubio ſecundo, conſuſione 103. Aragon. ibi, aub. prim. conſuſ. 2.

³⁰² *Auſtoris reſolutio.* Eſt prima ſententia fatiſ ſit probabilis, pro- babiliorem ſecundam eſſe reor, nempe ex gra- ui cauſa licere cuique fideli vt veſtibus, & ſig- nis ad diſcernendum fidelem ab infideli de- ſtinatis. Quia tamen fundamentum noſtræ ſententiæ præſerim validum non eſſe cum Coninch. de ſide, diſputat. 15. dubio 103. nume- ro 67. crediderim, eam ſic confirmo. Attentis circumſtantiis nullo modo veſtium, ſeu ſignorum horumce vſus teſtatur illum eſſe infidelē: ſiqui- dem quilibet, qui eum Chriſtianum cognosce- ret, & ſic veſtium videret, non iudicaret, ne- gaſſe fidem; nec id videri voluiſſe; ſed ſolum iudicaret, voluiſſe ſe occultare ob mortis timo- rem: ergo illarum veſtium, aut ſignorum vſus nullius falſitatis eſt ſignum. Secus dixerim, ſi verbis, quantumvis ambiguis, & reſtriſtis dice- ret quis, ſe eſſe Iudæum, aut Mahometanum. Quia ex illis audientes intelligerent, illum ob mortis timorem fidem abnegari: aut ſic appa- rere voluiſſe; quia verborum ſignificatio ſtri- ctior, & limitatior eſt, quam veſtium, & alio- rum ſignorum. Dixi autem, *Ex graui cauſa* in- tercedente. Nam ſi abſque legitima cauſa ge- ratur, cum nulla cauſa iuſta adſit veritatem oc- cultandi, merito præſumi poteſt, eum negariſe fidem; vel voluiſſe deſertorem eius appa- rere; quod eſt intrinſecè malum. Mecum Suarius de ſide, diſputat. 14. ſeſtione quin- ta, numero 51. Sanchez libro ſecundo, Deca- logi capite quarto, num. 19. & Coninch. citatur, numero 71.

DUBIVM LV.

An liceat, fideli ad ſe occultandum vti veſtibus, vel ſignis infidelium inſtitutis, non ad diſcernendum eos à fidelibus; ſed ad profitendum, proteſtandumve eorum falſam Religionem, ſi grauis cauſa adſit?

³⁰³ **L**icet quidem, ſi legitima grauis cauſa adſit, Quia quantumcumque ad proteſtan- dam.

dam fidem falsam, cultumque idolis exhibendum sint instituta, non perdunt hæc vestimenta, vel signa suam legitimam significationem tegendi, protegendique corpus à temporis iniuriis. Ergo licitum est fideli ob huiusmodi finem illas vestes assumere, relicta illa legali significatione. Sic Azorius *tomo 1. libro 8. cap. 1. 7. quæst. 4.* Reputat id probabile Coninch. *de fide, disp. 15. dub. 3. numero 72. conclusion. 3.* Tenet Sanchez *libro 2. Decalogi capite 4. numero 20.* addens, hoc non esse admittendum in vestibus destinatis ad Authoris falsæ sectæ cultum, quales ipse reputat vestes pro sacrificiis destinatas. Verum, tanti Doctoris venia, non videtur facis consequenter id adiecisse; nam etiam in huiusmodi vestibus reperiri potest nativa significatio, & usus corpori deferens: ergo propter illum assumi poterant.

304
Non licet. Minime licet. Quia talis vestium gestatio, (quantumvis gravis adsit causa) est, quod in cultus, & honoratio falsæ sectæ, cum idoli figuram in huiusmodi vestibus depingi solitam esse sit certum. Raro equidem ab scandalo huiusmodi actus poterit excusari. Igitur talis usus non est admittendus. Ita D. Antonin. Tabien. Angel. Nauarr. Philare. Toletus, & alij, quos citat, & sequitur Palao *de fide, tract. 4. d. 3. pun. 17. n. 1.* Arag. 2. 1. q. 3. art. 2. dub. 1. concl. 2. Ludo. Lopez p. 1. *instrum. c. 41. Suarius de fide, dub. 14. sect. 5. num. 13.*

305
Hoc longe probabilius. Existimo primam sententiam propter tantorum Doctorum autoritatem esse probabilem. Attamen secundæ adhæreo probabiliori admodum. Negari enim non potest falsæ sectæ eo maiorem honorem accrescere, quo plures induti vestibus illam protestantibus induti appareant; qui quidem honor, ac cultus separati non potest à vestium gestatione, quantumvis contrariam voluntatem fidelis foueat.

DVBIUM LVI.

An liceat omittere signum, (aut vestem) ex præscripto Regis impositum, ad significandum eum esse fidelem?

306
Questionis status. Lata est lex à Principe, ut quicumque in suo Regno Catholicus sit, in testimonium ac protestationem suæ Religionis tali veste utatur, alias ab omnibus tanquam defector fidei reputetur: poteritne Catholicus si ex gestatione vestis illius, & suæ fidei manifestatione periculum imminet, vestem præscriptam omittere maxime cum lex illa in viridi est obsevantia?

307
Nulla ex causa licet. Non licet eam omittere. Quia illa ommissio videtur esse virtualis fidei negatio: siquidem videntes existimant tali signo carentes infideles esse, eo quo à lege sic reputentur. Sic Caeteran. 2. 2. quæst. 3. artic. 2. Nauarr. *summ. c. 11. numero 17.*

308
Licet ex gravi causa. Ex gravi causa licet. Quia illa ommissio non est fidei negatio, etiam quoad apparentiam, sed solum occultatio, quæ ex causa iusta licita est: ergo. Antecedens probatur à simili ex habitu Monachali ab Ecclesia instituto pro

Religiosis, quem si quis ex urgenti causa exuat, non obinde reputatur, Monachalem professionem abnegasse: sed solum illam occultare voluisse. Tum ratione, quia ut ommissio illius vestis reputetur fidei negatio, debebat nullam aliam, spectatis illis circumstantiis significationem habere: ut sic videntes, & cognoscentes esse Christianum, & illius signi omissionem egisse, à fide defecisse comperiant. At vestis illa habet hanc legitimam significationem, scilicet occultare personam: ergo ommissio illa non est fidei negatio. Ita Bannes 2. 2. quæst. 3. art. 2. dub. 2. conclus. 4. Aragon. ibi, dub. ultim. Valent. d. 1. q. 3. punct. 2. dub. ultim. Suar. de fide d. 14. sect. 5. num. 10. Coninch. *disputat. 15. dubio tertio, numero 76.* Sanchez *lib. 2. Decal. capit. 4. numero 29.*

Communior, ac probabiliorem hanc sententiam esse defendo. Quia nec obligatur fidelis ille illam gestare vestem ex lege Principis, neque fidei præcepto: Ergo nullo ex c. obligatur. Certe ex lege Principis obligari non potest. Quia lex illa non est iusta, utpote lata in odium Dei, & de materia ad Principem secularem non pertinente: examinem enim fidei, & illius professio Ecclesiastico Principi, non politico attributa est: & dato, quod lex illa iusta esset, cum sit humana, & politica, non obligat eum gravissimo sermone incommodo. Ergo ex ratione legis obligari non potest. Porro ex præcepto fidei celsat similiter obligatio. Quia præceptum positum profitendum fidem non obligat in nostro casu: neque enim subtrahitur ex omissione illius signi grauitur Dei honor, neque scandalum generatur. Neque etiam præceptum negationum, non negandi fidem, urget. Quia hoc præceptum obligat, ne quis assumat aliquod signum protestantium negationis fidei: ille autem tale signum non assumit, sed signum fidei protestantium relinquit. Ergo solum potest ex illo inferri, eum non protestari fidem, non tamen illam abnegare.

CAPVT XX.

Circa Professionem Fidei ex decreto Tridentini faciendam.



Ridentinum sess. 24. c. 12. & sess. 25. cap. 2. & Pius IV. in quodam motu proprio, qui est 112. & incipit, *Insuper nobis.* Et Pius V. facienda, alio motu proprio, qui incipit, *In facienda.* Sacrosancta, de professione fidei gerenda præscripta dederunt. Ex quibus constat, obligationem faciendi huiusmodi professionem esse sub mortali. Quia est res gravis, & ad gravissimum finem ordinata, qualis est fidei exaltatio, & extirpacio errorum: & sub gravibus poenis præcepta. Sanchez 1. 2. Decal. c. 5. n. 1. Bonac. d. 3. de fide, q. 2. punct. 3. num. 14. & 15.

Personæ, quas hæc obligatio adstringit primò sunt prout de quicunque Beneficiis curam